





~~H.~~ 8  
DISSERTATIO 1785, 8  
DE  
**AGNATO IN FEVDO**  
CITRA CONSENSVM  
OBLIGATO

P. 324.  
QVAM  
P R A E S I D E  
**JOANNE NICOLAO MOECKERT**

PHILOSOPH. ET IVR. DOCTORE  
POTENTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS AVLICIS  
PROFESSORE IVRIS PVBLICO ET FACVLT. IVRID.  
ASSESSORE ORDINARIO

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

D. XV. OCTOBR. CIOIO CCLXXXV.

S V B M I T T I T A V C T O R

**FRIDERICVS GVILIELMVS DE KETELHODT**

EQVES SCHWARZEVRCIVS.

G O T T I N G A E,  
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.



DIGESTATIO

AGNATO IN EEA DO

GITTA CONVERSATION

DESCRIPTO

JOHANNES NICOLAO MEDICKERT

SCOTTICUS LIBERUS ET SCOTTICUS LIBERUS  
SCOTTICUS LIBERUS ET SCOTTICUS LIBERUS  
SCOTTICUS LIBERUS ET SCOTTICUS LIBERUS

EXAMINATOREM DICTORVM EXAMINATOREM

EXAMINATOREM DICTORVM EXAMINATOREM


EXAMINATOREM DICTORVM EXAMINATOREM

TRIBUNICAS CATHARINAE RETE HONORIS

RETE HONORIS TRIBUNICAS CATHARINAE

GOTTINGAE

1751. LUDV. CHRISTIAN. GÖTTSCHEI



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

COMITI SCHWARZBURGI, E QVATVOR

DOMINO

LVDOVICO GVNTHERO

PRINCIPI SCHWARZBURGI, E QVATVOR

COMITIBVS S. R. I. COMITI HOHNSTEINI,

DYNASTAE CARNSTADII, SONDERSHVSAE,

LEVTEMBERGAE, LOHRAE AC

CLETTEMBERGAE REL.

PRINCIPI AC PATRIAEC PATRI

LONGE CLEMENTISSIMO

*Nec non*

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

F R I D E R I C O C A R O L O

PRINCIPI SCHWARZBURGI, E QVATVOR  
COMITIBVS S. R. I., COMITI HOHNSTEINI,  
DYNASTAE ARNSTADII, SONDERSHVSAE,  
LEVTTENBERGAE, LOHRAE AC  
CLETTENBERGAE REL.

P R I N C I P I H E R E D I

INDVLGENTISSIMO

# SERENISSIMI PRINCIPES,

PRINCIPES AC DOMINI INDVLGENTISSIMI,

*Innumera, quae augustissima SCHWARZBUR-  
GICA DOMVS per totum fere huius saeculi  
spatium in meam familiam conferre benignissime  
voluit, munificentiae documenta, exempla, aui,*

tribus ex EADEM prodeuntibus Principibus  
serenissimis, per haud breue tempus addictissimi,  
patrisque venerandi, adhuc VESTRO, SERE-  
NISSIMI PRINCIPES ac DOMINI clemen-  
tissimi, ministerio officia sua pia mente deuouen-  
tis, effecerunt, vt iam ab ineunte aetate nihil  
magis mihi curae cordique esset, quam, vt pie-  
tatis ardentissimae, cuius ara in pectore meo sita  
est, monumentum, et si leuissimum, omni occa-  
sione ederem.

*Huic ergo summae pietati, non vero teme-  
ritati aut arrogantiae tribuendum est, si NO-  
MINIBVS VESTRIS longe augustissimis hoc  
qualecunque ingenii studiorumque specimen in-  
scribere audeam, simulque, vt summum numen*

omnia prosperrima bona, quae Principibus optimis, deliciisque subditorum suorum, non concedere nequit, VOBIS conferat, sincerimo animo efflagitem.

Faxit itaque Deus ter optimus maximus, ut terrae Schwarzburgicae de **LDOVICO GUNTHERO**, clementissimo Principe, ac optimo Patriae Patre, ad serissimos gloriari possint annos. Remoueat a serenissimo **FRIDERICO CAROLO**, dulci decore et praesidio subiectorum, omnia mala, et **LDOVICVM FRIDERICVM**, tanti Patris dignum filium, totamque serenissimam **DOMVM SCHWARZBURGICAM** exornet amoenissimorum beneficiorum cumulo.

*Quae vota sempiterna Deo, et me ad ultimum  
vitae halitum VESTRAE clementiae ex-  
optatissimae humillima mente deuotissimaque con-  
secro,*

**SERENISSIMI PRINCIPES,**  
**PRINCIPES AC DOMINI INDVLGENTISSIMI,**  
**TANTIS NOMINIBVS**  
**deditissimus**  
**FRIDERICVS GVILIELMVS DE KETELHODT.**

§. I.

*Ratio instituti.*

**E**o magis scitu necessaria iura habentur, quo frequenter in republica et foro occurunt, et maiorem afferunt utilitatem. Quorum numero in nostra ciuitate germanica praecipue adscribenda esse iura feudalia, nemo facile infinitas ibit. Siue te priuatum, siue agas illustrem, hac iuris parte vix carere poteris nobilissima. Vbicunque enim oculos vertas, in eos incurront instituta, iura, praedia ac territoria feudalia. Quam ob rem iuris feudalibus scientia mihi semper fuit in deliciis. Hodie me e hac Musarum sede longe celeberrima decessurum, iussu, et ad exemplum, patris summe venerandi, loco testimoniorum a praceptoribus ac doctoribus illustribus de industriae meae ratione petendorum, specimine quodam eruditionis praeditum reducere fieri oportet. Eo

B

consilio

confilio ex campo iuris feudalis praestantissimo depromsi argumentum, idque in foro et ciuitate perfreqens, et quod in vtramque disputari solet partem, in quo excutiendo eo enitar, ut, praemissis, quae huc faciunt, notionibus, quoisque ingenii exigui vires progredi fuerint, quasdam recenseam species, quibus agnato, siue priuato, siue illustri, hoc illudue agendi vel omittendi effugere necessitatem, foret turpe.

## §. II.

### *Agnati notio.*

Cum cognatis in feudo ex regula non sit successio *a*), in iure feudali in primis venit in censem agnati notio. Id quod genti germanicae, bellicosae et splendoris familiae studiosae, iure peregrino nondum recepto, valde erat proprium. Sicuti consanguinei sunt, qui a communi stipite sanguinem ducunt, ita *agnati* dicuntur, qui a communi stipite solis maribus pendent, cognatis quidem a communi stipite, sed non per solos mares dependentibus.

*a)* Viri perillustris et immortalis G. L. BOEHMERI princip. iur. feud. L. I. S. I. c. VIII. §. 143. pag. 101.

## §. III.

### *Qui cum successore singulari conuenit.*

Non aliter hoc loco fit mentio agnati, quam quoad se successorem singularem gerere possit. Qui successoris nomine

mine venit, vel occupat, vel occupare potest, locum alterius ratione iurium et obligationum, et bifariam accipitur. Qui enim succedit in iura et obligationes alterius, vel ex voluntate possessoris defuncti, qua talis, vel secus. Si illud, successor vniuersalis, si hoc putes, *successor singularis* perhibetur. Successor singularis succedit in iura et obligationes alterius, siue hic consentiat, siue minus, et successor vniuersalis in omnia iura et obligationes eius defuncti, cuius voluntas vel expressa vel praesunta ei proficit, succedit. Successoris vniuersalis ius succedendi nititur voluntate possessoris defuncti, cuius iura et obligationes est adepturus. Alii successorei vniuersalem per eum, qui titulo vniuersali, et singularem, qui titulo singulari succedit, satis obscure b) definiunt. Variis rationibus hic ab illo distingui potest. Successor vniuersalis succedit in vniuersum ius defuncti, at singularis non semper in omnia iura et bona vltimi possessoris: Deinde successor vniuersalis nunquam non ponit defunctum, singularis modo defunctum, modo viuum. Tum successor vniuersalis petit ius succedendi semper ex voluntate nouissimi possessoris, quod non semper in singulari successore habet locum. Nobis hic sermo est de agnato, successore singulari.

b) SCHAVMBVRG compend. iur. digest. I. V. Tit. III. §. VI. pag.

## §. IV.

*Quae significatio feudi hic locum habeat.*

Neque in explicandis natalibus feudi, neque in recentendis quibuscumque significationibus gerimus curam. Nobis hic *feudum* est res, cuius dominium *vtile*, vel, si mauis, *vtilitas*, alicui sub lege fidelitatis est concessa. Essentialia igitur feudi cuiuscumque sunt, primum res, deinde *vtilitas rei*, seu dominium *vtile* alicui datum, ut tandem alicui praestetur fidelitas. De quibus si non deflectas in feudo definiendo, vtrum illud per beneficium ab uno delatum ab altero suscepimus, pro nexu fidelitatis c), an per *vsumfructum* sub eadem conditione concessum d), an alia ratione e), explices, nostra nihil refert. Est ICtis saepe solenne, verbis Iudere, vel serio litigare, et rei negligere mentem.

c) J. P. DE LVDWIG de iure clientelari germanor. cap. IV. §. II.  
pag. 58. seqq.

d) C. H. MOELLERI primae lineae vs. pract. distinct. feudal. cap. II.  
dist. III. pag. 53. seqq.

e) SAM. STRYCKII diss. de feudo pignoratit. c. I. §. 1. In JENICHEN  
Thes. iur. feud. Tom. III. pag. III.

## §. V.

*Sensus argumenti excutiendi.*

Si quaestio moueatur, vtrum agnatus in feudo citra consensum interdum sit obligatus; mens nostra eoredit, num agna-

agnatus, successor in feudo, sit obligatus ad facta antecessoris praestanda, aliaque negotia subeunda et implenda, et si eorum non sit auctor. Quare non verba facimus, de agnato herede, neque de agnato consentiente, quippe qui pacto factoue tenetur suo f). Sunt species, quibus, si agnatus successerit in feudum, intuitu illius quaedam negotia perficere obstringatur, siue sit priuatus, siue illustris. Priuati agnati obligationes, deficiente consensu, modo ad faciendum, modo ad omittendum redeunt. Vtriusque vero generis obligationes ex re ipsa, aequitate et ex lege proficiuntur, siue scripta siue non scripta.

f) B. BOEHMERI Diff. de hypotheca feudalii expressa, cap. II. §. 2.  
In eius exercitat. ad pandect. Tom. III. ex. LIX. pag. 913.  
HORN. I. F. cap. XIV. §. II. p. 290.

#### S. VI.

*Vtrum agnatus pecuniam, qua defunctus vasallus aes alienum feudale soluit, heredibus allodialibus defuncti vasalli restituere teneatur, disquiritur.*

Quascunque, vel plurimas species, quibus agnatus ad aes alienum soluendum, solutumque restituendum heredibus allodialibus antecessoris vasalli obligatus est, enarrare non lubet, sed nonnullas, de quibus sub iudice lis esse solet. Residuum enim pretii, quo feudum emtum, et ad compa-

randum feudum, aes alienum contractum *g*), salarym aduocati, cuius ope et cura feudum conseruatum vel auctum *h*), debitum in refectionem aedificii mutuo datum *i*), aut quo feudum onere quodam est liberatum *k*), oneri fieri agnato successori, extra omnem dubitationem est positum. Nam damno alterius locupletiorem fieri, iniustum est.

*g)* HORN l. c. cap. XXI. §. VI. pag. 417. CARPZOV Lib. IV. Responſ. LXVI. pag. 798. seq.

*h)* DE CRAMER Wetzlar. Nebenstunden. Part. XXXVI. obs. I. §. VII. p. 4. CARPZOV Part. II. Conſt. XXXXVI. def. XXX. pag. 842.

*i)* STRVV. S. I. F. cap. XIV. §. VII. pag. 506. CARPZOV. Part. II. Conſt. XXXXVI. def. XXVI. pag. 840.

*k)* CARPZOV. l. c. def. XXIX. pag. 841.

## §. VII.

*Num agnatus pecuniam a defuncto vasallo, ad forores dimittendas, mutuam et postea solutam, heredibus illius allodialibus restituere debeat.*

Quamquam, agnatum successorem aes alienum feudale, si hanc propositionem sine addito discriminē, exprimas, expungere debere, nemo facile in dubium vocet, tamen, ea specialiori modo enunciata, non indistincte conceditur. Huc spectat quaestio, num agnatus pecuniam, quam mutuo accepit ad dimittendas forores suas, ac creditori,

ditori soluit vasallus defunctus, heredibus illius restituere teneatur. In qua dirimenda <sup>1)</sup> non cuique vna eademque sedet opinio.

<sup>1)</sup> GOTTFR. LVD. MENCKE diff. de allodio, eiusque separatione a feudo. Viteb. 1734. §. 38. 39.

### §. VIII.

#### *Negantium argumenta.*

Sunt, qui eam negent: inter quos principem locum acutissimi autores responsi Supremi Tribunalis Berolinensis Regi oblati <sup>m)</sup> occupant, rati, successorem, quae defunctus vasallus ad dimittendas forores ex feudo soluit, restituendi heredibus eius allodialibus necessitate non premi. Ne mentem verborum tantorum virorum peruertere videar, ea transscribam: wenn ein Vasall Lehnshulden bezahlt, so befreyet er zwar dadurch seine Lehnsholger von der eventuellen Verbindlichkeit, diese Schulden, wenn die zur Zeit des Anfalls noch existirten, ihrer Seits aus dem Lehn zu bezahlen: diese Befreyung aber giebt an und für sich seinen Allodialerben noch kein Recht, das bezahlte von den Lehnsholgern wieder zu fordern. Denn der verstorbene Vasall hat nur bezahlt, was er selbst als Principal-Schuldner zu bezahlen schuldig war. Ein debitor, der seine eigne Schuld bezahlt, wofür ein Tertius sich verbürgt, oder seine Güter oppignorirt, oder auch der correus

aeque

*aeque principaliter sich verschrieben hat, befreyet durch die Bezahlung der Schuld auch den Tertium; er kann aber nicht deshalb von dem Tertio das bezahlte wiederfordern, wosfern nicht die contrahirte Schuld selbst in den Nutzen des Tertii verwandt ist.* L. 10. §. fin. D. de in rem verso. *Der Lehnzfolger ist zu einer Wiedererstattung nicht gehalten, wenn der verstorbene Vasall zur Abfindung seiner Schwestern ein Capital aufgenommen, und bey seinem Leben wieder bezahlt hat — Es ist kein Zweifel, daß wenn niemand für die Befreyung des Lehns von Schulden ex propriis vel redditibus feudi sorgen wollte, oder alles ex propriis bezahlte jedesmal a successoribus feudi verstatet werden sollte, nach wenigen Generationen, wo zumal Töchter und Wittwen zu versorgen gewesen, die ansehnlichsten Lehne bald zu einem Nichts werden müßten.*

m) Beyträge zur juristischen Litteratur in den Preussischen Staaten.  
Coll. III. p. 14. 15. 20. 22. et 23.

### S. IX.

#### *Quae speciatim recensentur.*

Nisi fallimur, vis ac pondus illorum argumentorum negantium his continetur rationibus. Debita feudalia, specie illa data, a vasallo soluta heres allodii a successore singulari in feudo repetere nequit, primum, quia vasillus defunctus ceu debitor principalis, quod debuit, soluit, propriumque geslit negotium: qui enim proprium debitum, pro quo

quo alius, siue in solidum, siue secus, fideiussit, vel bona sua obligauit, soluit, hunc liberat a debito, nec illud a fideiussore vel correo repetit, nisi versio in rem sit secuta; deinde, quia opposita sententia destruit feuda, tandem, nocet equestribus familiis earumque splendori.

§. X.

*Refutatio argumentorum negantium.*

Quamvis tanti viri omni ingenii acumine rem suam egerint, tantaque verisimilitudine sustineantur, ut ad verum accedere videantur, tamen, si ex iure communi sit excutienda, et ex legibus, quae sunt, earumque vi et analogia dirimenda, ne alia praecepta feudalia dictis illis repugnant, illorum sententiam non facimus nostram. Neque enim lex in consilium vocata, neque argumenta, rem euincunt. Verba legis sunt n): *Idem tradit, an ex euentu possit in rem patris filius vertere: veluti si duo rei pater et filius fuerint, et filius mutuatus suo nomine soluat: vel si filio iussu patris credidisti, et filius creditum tibi soluisset? mihi videtur, si quidem pecunia ad patrem peruererat, videri in rem versum: quod si non fuit, et suum negotium gerens filius soluit, non esse de in rem verso actionem.* Quodsi hanc legem animo diligentius consideres, duobus absoluuntur capitibus. Ex euentu in rem patris potest vertere filius et locum habet de in rem verso actio: deinde si non vertat, sed potius suum negotium

C gerat,

gerat, cessat versio in rem, adeo deficit actio de in rem verso. Tantum igitur abest, ut ex hac lege constet, vasallum defunctum, qui pecuniam, ut ex feudo dimitteret forores, sumvit mutuam, eamque soluit, suum, nec simul agnatorum, solum gestisse negotium, ut potius difficile perspectu sit, quomodo cum illa possit conferri quaestione. Id ipsum quaeritur, vtrum is, qui debitum feudale dispungit, proprium gerat negotium, nec vltro assumi potest. Logisticorum sententia hoc assertum continet, vti loqui solent, petitionem principii. Dabit facile quilibet, eum, qui proprium agat negotium, nullam instituere posse actionem de in rem verso vel negotiorum gestorum actionem.

n) L. 10. §. 10. D. de in rem verso.

#### S. XI.

#### *Refutatio secundi argumenti.*

Multo minus ferri potest sententia, vasallum, qui specie, seu casu illo, soluit debitum feudale, esse debitorem principalem, et agnatos, seu successores singulares in feudo, conuenire cum fideiussoribus seu correis. Vltro damus, si a debitore principali aes alienum solutum sit, adhuc nulla teneri ratione fideiussorem. Sed quis vnuquam, agnatos et successores singulares in feudo esse fideiussores possessoris vasalli, affirmauerit? Quod ad correos, aut alter eorum

eorum est debitor, alter fideiussoris gerit partes, aut secus, id est, quisque eorum per se et reuera in solidum tenetur: si illud, quae de fideiussoribus dicta sunt, hic valent: soluto debito principali, cessat obligatio omnis o): si hoc, altero soluente, reliqui liberantur p). Quae omnia se aliter habent in possessore vasallo, eiusque agnatis, seu successoribus singularibus.

o) L. LXVIII. §. II. D. de fideiussor. et mandator.

p) L. II. III. D. de duob. reis constitūendis. L. XVI. pr. de acceptilat.

### §. XII.

#### *Refutatio tertii argumenti.*

Tertium argumentum, quo nobis occurritur, speiem prae se fert consilii familiis nobilibus proficui, quod vero heredibus damnosum est allodialibus. At iniuria alterius locupletiorem fieri, nefas habetur, neque quod alicui vtile videtur q), est quoque honestum et iustum. Deinde feudorum priuatorum conditio, et militiae status nostrae ita mutatus est, vt ea seruare, summorum hodie non intersit principum r). Ad id accedit, quod debitum feudale afficiat rem ipsam, non possessori solum vasallo, sed omnibus a primo acquirente, vel ab eo, qui illud contraxit, pendentibus propriam. Quare si dissolui nequeat ex feudi fructibus, omnes pro rata aes alienum feudale soluere te-

C 2

nentur.

uentur. Quae cum res ita se habeat, affirmantium *s)* sententia rationibus iustinetur sufficientibus.

*q)* CIC. de offic. lib. II. cap. III. p. 251.

*r)* Beyträge zur jurist. Litterat. p. 11. Königl. Preussische Assecuration vor die Ritterschaft in der Chur Marck Brandenburg de dato Berlin d. 30. Jün. 1717.

*s)* JO. AVG. HELLFELD in pr. de herede allodiali debita feudalia a va'allo soluta repetente. Jen. 1755.

J. H. BÜHMER Tom. I. Part. II. Respons. CXXII. num. XVII. pag. 515.

D. G. STRUBEN Rechtliche Bedenken. T. II. Resp. I. §. IX. p. 19.  
DE PUFENDORF. Tom. I. Obs. CCXLII. p. 589. seqq. Tom. III.  
Obs. CXXXVII. p. 378. sqq.

DANIEL NETTELBLÄDT de refusione debitorum feudalium solutorum. Hal. 1779.

### §. XIII.

*Num agnatus ex subscriptione contractius vasalli non obligetur.*

Transeo ad aliam speciem: Vtrum agnatus, qui contractum, quo possessor feudum oppignorat, absque consensu domini directi, subscripsit, non ex fructibus feudi teneatur? Ad hypothecam in feudo constituendam requiri consensum domini et agnatorum, neminem fugit. At de hac re dubitatur, annon agnatus, si absque consensu domini chirographum vasalli possessoris feudum obligantis subscripsit, saltem successor ex fructibus aces alienum soluere debeat? Cum aliis *t)*

b. de

b) de HELLFELD u) hanc quaestionem his verbis negat: *Mi-*  
*nime vero valet hypotheca feudalis absque domini consensu, solis*  
*agnatis et simultaneo inuestitis consentientibus, licet feudum ad ipsos*  
*fuerit deuolutum. Immo ne ex fructibus quidem obligantur, nisi*  
*expressis verbis solutionem promiserint, cum domini consensus de-*  
*ficiens actum faciat nullum.*

t) CARPOV. Part. II. Constit. XXXXVI. def. IX. pag. 833. seq.

u) In Element. iur. feud. Cap. X. §. CCCLXXXXVII. pag. 403.

#### §. XIV.

##### *Sensus quaestio-*

Cum ambigua videri posset quaestio, eius mens et  
 sensus definiendus est. Haec raro accidere solet, agnatum,  
 qui contractui vasalli, feudum hypothecae nexu obligantis,  
 subscriptis nomen, ex ea subscriptione conuentum, se esse  
 obligatum, negare, quia tanquam testis contractum sub-  
 scriptisset absque animo et consensu se obligandi. Fac, agna-  
 tum eo tempore, quo nomen apposuit contractui, reuera non  
 consensisse in constitutionem hypothecae, attamen neque verbis  
 factisue dissensisse, nihilominus ex nostra sententia, successor  
 factus, ex fructibus feudi aes alienum contractum dissoluere  
 tenetur. Quo modo sensum definimus, ne quis nobis oc-  
 currat, quaestionem non hic pertinere, ratus, cum hic de  
 agnato citra consensum obligato sit sermo.

C 3

§. XV.

## §. XV.

*Argumenta, quibus quaestio negatur.*

In primis hoc spectat ratio b. de HELLFELD, si hypotheca sine consensu domini promissa sit, licet agnatus subscripterit pactum, arbitrantis, actum promissionis esse nullum. Reliquas rationes verbis ipsis CARPOVII x) enarrare liceat: *Consensus iste non eo trahi potest, ut obligatio quaedam personalis in agnati persona constituatur, facta enim agentium non extenduntur ultra eorum intentionem. Atqui nec oppignoratio feudi ob deficiente domini consensum valida est, ne quidem in persona agnati consentientis: quia deficiente forma ac conditione totus oppignorationis actus corruit; nec res una eademque maxime individua, ut est oppignoratio rei, duplici iure censi ac in una persona valere, in alia vero annullari potest. Nullo ergo iure, vel actione nec personali nec reali creditor aduersus agnatum experiri eumque ad exsolutionem debiti adigere potest.*

x) L. c. pag. 834. B. G. STRVV. S. I. F. Cap. XIII. §. XV. not. pag. 485.

## §. XVI.

*Explosio rationum negantium.*

At sententia illam quaestionem affirmantium cum vero magis conuenire videtur y). Si enim agnatus feudalis pactum, quo vasallus rem feudalem hypothecae obstringit vinculo

vinculo, subscriptis, aut expressis verbis testis nomine, aut non. Si illud putes, de eo hic non sit sermo: quaeritur enim, utrum hypotheca consensu agnati, deficiente consensu domini, constituta viam quamdam habeat obligandi? Si hoc, obstrictus est. Obligare se subscriptione contractus est naturale, cum contractus pignoris non egeat testibus. Non sine ratione creditor huius subscriptionis sequitur fidem. Contra agnatum feudalem pugnat iuris praesumtio. Si igitur promisso stare recusat agnatus, culpae fit reus, ex eaque damnum restituere debet creditori, atque certe in subsidium actione in factum potest coerceri. Etsi ad plenissimum effectum hypothecae feudalis domini, agnatorum, eorumque, quorum interest, requiratur consensus, necessarius tamen domini non est consensus, ut agnatus suo se obstringat consensu. Nec cogitari potest ratio, cur absque consensu domini directi agnatus promissa facere, eaque implere non posset. Deinde, quamuis agnatus, rebus illis circumstantibus, actione reali intuitu substantiae feudalis, quippe quae citra consensum domini omnem respuit alienationem, conueniri nequeat, non tamen cessat actio personalis.

y) RAVCHBAR quaest. iur. civil. et Saxon. Part. I. qu. 45.

HORN l. c. cap. XIX. §. III. pag. 393.

I. H. BOEHMER de hypotheca feud. express. cap. III. §. XVI. et XVII. In eius exercitat. ad pand. Ex. LIX. pag. 935 seq.

10. GOD. BAVER de hypotheca feudali absque consensu agnatorum et simultaneo inuestitorum subsistente. §. XIII. pag. 25.

PERILLVSTR. BOEHMER I. c. Lib. I. Sect. II. Cap. V. §. CCLXVIII.  
pag. 191.

K. A. L. B. DE BRAUN, Ob die Einwilligung der Lehnsvverwandten in die Verpfändung des Lehns ohne lehnsherliche Einwilligung einige Wirkung haben könne?

In ZEPERNICK Sammlung auserlesener Abhandlungen aus dem  
Lehnrechte. Tom. II, obs. VII, pag. 61 seqq.

### §. XVII.

*Minus recie agnati repellunt vasallum paulo post initum  
matrimonium natum, aut cui dominus remisit  
feloniae crimen.*

Agnati non minus ad agenda obligantur, quam ad omitenda. Quam ob causam vasallum non iure repellunt a feudo, qui ante matrimonium conceptus, nec multo post celebratas nuptias parentum natus est. Ex aurea illa constitutione JVSTINIANI z), qui facet liberis, vix celebratis nuptiis nati habentur legitimi, *ehelich geborne Kinder*. Cum igitur legitimi filii feudorum sint capaces, non est ratio, cur quis eos a feudis arceat: et si, agnatum, illis illegitimis existentibus, successisse in feudo, negari nequeat. Eadem ratione neque agnati illi obsunt, qui reus criminis feloniae factus est, veluti ob neglectam renouationem inuestiturae, sed cui dominus condonauit feloniam a). Vasallus feruit domino. Si igitur inutilibus contentus esse velit, aliis hac re non fit iniuria, neque ius quae situm eripitur, quod demum oritur, si dominus, se talem hominem non esse admissurum, declarauerit.

z) L.

- z) L. XI. C. de naturalibus liberis et matribus eor.  
 a) Arg. II. F. 36. MÖLLER in semestrib. Lib. III. cap. XXXIV.  
 p. 355. sq.  
 HORN. I. c. cap. XXIII. §. LXV. p. 442. sq.  
 TITIVS Teutsch. Lehnrecht. Cap XXIV. §. LXVI. p. 506.  
 HOMMELII Rhapsod. quæst. Obs. CCCCLXXXII. p. 136. Vol. VI.  
 Obs. DCCLXXI. p. 285. sqq.

### §. XVIII.

*Iure particulari agnatus etiam aes alienum hereditarium expungere debet.*

Quæ hucusque dicta nituntur iure communi. Iura prouincialia interdum successores feudales grauiori oneri reddunt obnoxios, vt ad aes alienum hereditarium solendum obligentur. Eiusmodi instituta inuenies in feudis ME-GAPOLITANIS b), POMERANIAE c) et comitatus SCHAVMBVRGICI d), vbi ERNESTVS princeps ita constituit: *Obwohl für klares Rechtes, daß Lehen-Güter ohne des Lehnherrens Consens nicht sollen alienirt, verkauft und beschweret werden, jedoch weil es iehe sich birweilen und leider! bey diesen Zeiten viel zuträget, daß mancher genöthiget wird, Geld auf seine Lehen-Güter zu nehmen, und die Mitbelehnten ein solches einzuvilligen difficultiren: so wollen Wir, wenn Wir deswegen angelanget werden, nach Ausführung und Besindung der äussersten Noth, Gelegenheit und Erheblichkeit die Sachen dahin richten lassen, daß*

D

der

der debitor bey Ehren erhalten, und der Mitbelohnte auch nicht gar von den Gütern komme, &c.

b) Cf. Electa iuris public. XVIII. p. 179. sqq.

c) ENGELERECHT de iuribus ordinis equestris in Pomerania Svecica et Rugia p. 49.

d) Ord. polit. SCHAVMBVRG. a. c1510c1515. prodita, Cap. XVI. p. 65. seqq.

FR. WILH. PESTEL Explanatio iuris clientelaris Schaumburgici de obligatione successoris feudalii ad soluendum aes alienum hereditarium. Rintel. c1510c1515. § X. p. 27. sqq.

De CANNIGIESER Decision. suprem. Tribun. appellat, Hasso-Cafellian. T. III. Decis. CCXXXI. p. 258. sqq.

### S. XIX.

*Num agnatus illustris debita antecessoris expungere,  
eiusque facta praestare, obligetur.*

Hactenus de agnato priuato, iam de illustri. Magis momentosa est quaestio, num agnatus illustris facta antecessoris, cuius non heres est, sine intercedente consensu, seu pacto, praestare debeat? Alii negantium, alii aientium sequuntur castra. Primum de illis agendum est.

### S. XX.

*Negantium argumenta, eaque ex iure naturae.*

Pacta tenent ex iure naturae suos autores, nec alium, qui neque paclus, neque paciscentium est heres, obstrin-

obstringunt e). Quae cum ita sint, et principes summi Germaniae aut ex primo acquirente nati, aut, interueniente electione, subeant imperium, idque ad dies vitae administrent, nec vlo facto obligare possunt successores f). Cessante imperio, cessant, quae ex illo trahunt ortum. Resoluto enim iure constituentis, resolui ius, cui constitutum, est tralatitium g).

e) H. GROT. de I. B. et P. Lib. III. §. I. edit. BARBEYRAC.  
pag. 680.

i. G. DARIES Institut. iurisprud. vniuers. Part. spec. Sect. II.  
Cap. III. §. CCCCXX. pag. 218.

f) VLR. HVBER de iure ciuitat. Lib. I. Cap. XLIV. §. XI. p. 370.  
i. H. BOEHMER Istrouuct. in ius public. vniuersale, Part. spec.  
Lib. III. Cap. IV. §. XI. pag. 630.

g) L. XVI. L. XIX. D. quib. modis vſusfruct. vel vſus amitt.  
L. XI. §. I. D. quemadmodum seruitutes amittant.

## §. XXI.

### *Ex iure romano et canonico.*

Quocum conspirat ius romanum: quod re vera continet leges naturales ad res publicas priuatasque romanorum ciuium applicatas. Ne alter alteri sit oneri h), aut coercent alterius arbitrium, prohibet, praecipitque, ne antecessor imponat onus singulari successori i), huiusque arbitrio, vtrum facta antecessoris approbare velit, relinquit, quid, eos, qui abusi sunt principe indulgente, criminis repetun-

darum damnat. Eadem iuris canonici k) sunt praecepta ac instituta, ex quibus successor singularis, non inuitio iure, antecessoris sanctita tollere potest l).

h) L. vnic. C. vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitibus teneatur.

i) Arg. L. XXII. §. I. D. de adoption.  
SAM. STRYCK. Diss. de expectatiis.

In eius Collect. Dissertatt. Tom. I. Diff. XXV. Cap. VI. §. XVII.  
pag. 522.

DE LEYSER diff. de iniquitate et recto usu expectantiarum, §. XIV.  
In eius Meditatt. ad pandect. Tom. IV. Spec. CCLXXIX. p. 1270.  
Arg. L. I. D. ad Leg. Iul. repetund. L. II. C. de petitionibus bonorum sublatis. STRYCK I. c. pag. 523. CHR. JAC. DE ZWIER-  
LEIN Nebenstunden, Part. I. obs. II. §. 3. pag. 33 seq.

k) Cap. II. X. de concessione praebend. et eccles. non vacantis.  
z. B. van ESPEN Iur. ecclesiast. vniuers. Part. II. Tit. XXIII.  
Cap. II. §. I. seq. pag. 500.

l) Cap. XVIII. X. de concession. praebend. in 6. Cap. fin. X. ne  
praelati vires vel ecclesiis sub anno cens. conced.  
LVD. ENGEL Colleg. vniuerl. iur. canon. Lib. III. Tit. VIII. §.  
XVIII. p. 580.

## §. XXII.

### *Ex iure longobardico et doméstico.*

Eius tenoris est ius feudale Longobardicum. Huius auctoritate ab omni onere, cuius antecessor perhibetur auctor, immunis est successor singularis, siue secularis, siue ecclesiasticus, I. F. III. IX. XXV, II. F. XXVI. et XXXV. ita,

vt

vt de ea re vix ambigere fas sit. Tanta cura et diligentia repetita, ne successor agnatus ab antecessore oneretur, dis- positum est, vt regulam cognoscas quasi vniuersalem, filium facta patris praestare, non vero agnatum, antecessoris *m*). Cum eo ius patrium adeo conuenit, vt vel filium a vinculo praestandi patris antecessoris facta liberet. Ita enim ius SAXON. prouinc. Lib. I. art. IX. Stirbt auch einer der sein Lehn einem andern auflassen solle, dessen Sohn ist es nicht pflichtig aufzulassen, er habe denn selber mitgelobt oder Bürgen davor gesetzt. Tum Ius SAX. feud. cap. LV. Der Mann ist auch nicht pflichtig, seines Herrn Gelübde jemand zu leisten, noch auch ein Sohn seines Vaters, daß er sein Guth auflassen solle. Verba eadem repetit Ius SVEVICVM cap. XCVIII. CXXXIX. §. VI.

*m*) II. F. XLV. LVII. II. F. XVI. §. XVII. II. F. XVII. XXXI. XXXVII. LX. LXXVII. LXXXII.

DE ZWIERLEIN l. c pag. 56.

COCEII Differt. de feudo hereditario mixto. In EIVS Exercitatt. curios. Vol. II. diff. XXVIII. §. XXXII. p. 258.

JOH. J. REINHARD von der Erbfolge derer Töchter vor denen Stammsvettern. Cap. IV. §. 16. sqq.

EIVSDFM Ausführung, ob und wie weit nach denen natürlichen und alten teutischen Rechten der Erbe schuldig sey, des Erblassers Verpflichtung zu erfüllen.

In EIVSD. juristisch-historischen kleinen Ausführungen, Part. II. Obs. XIV. §. XXV. p. 387. sqq.

J. P. DE LUDWIG Diff. de obligatione successoris in principatus et clientelas. Cap. VI. §. II.

In EIVSO. Opuscul. p. 599.

j. G. L. WILCKE Ticemannus, sive vita illustr. princip. THEODOR. Thuring. Landgr. Lib. IV. Cap. VI - XV. p. 133. sqq.

b. G. STRVVI Corp. hist. germ. T. I. Period. IX. Seft. II. §. IV. sqq. p. 537. sqq.

s. F. HAHN Deutsche Staats Reichs und Kayser Historie, Part. V. Cap. IV. §. VIII. p. 183. sqq.

HAEBERLIN vollständige Reichshistorie, Part. II, Period. VII, pag. 679. sqq.

### S. XXIII.

*Autorcs, qui illi sententiae quoad agnatum  
ad stipulantur.*

Quapropter non est mirum, cur haud pauci ICTI, agnatum successorem facto antecessoris non obligari, contendant. Conferantur velim NETTELBLADT *n*), H. DE COCCEII *nn*), HEINECCIVS *o*), JO. BRVNNEMANN *p*), B. G. STRVVI *q*), ITTER *r*), BVRI *s*), HENR. A ROSENTHAL *t*). Nec desunt collegia iuridica et tribunalia, quae eandem feruarunt sententiam *u*).

*n*) Diff. de successore ex pacto et prouidentia maiorum ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, non obligato, Cap. II. §. V. pag. 24.

*nn*) Diff. de obligatione successorum ex facto antecessorum, Thef. III, In EIVS Exercitatt. curios. Tom. I. Diff. LXII. pag. 844.

*o*) Consil. Decis. et Respons. Tom. I. Resp. LXXIII. num. V. p. 496.

*p*) Consil. sive Respons. academ. Cons. I. num. CLXXXVII. p. 31.  
*g*)

- g) Iurisprud. heroic. Tom. III. Cap. I. §. XV. pag. 18.  
 IDEM de alloidiis imperii, pag. 673.
- h) De feudis imperii, pag. 623.
- s) Erläuterung der in Deutschland üblichen Lehnrechte pag. 419.  
 W. FR. PISTORII Amoenitates historico-iurid. Part. III, num. XIII.  
 pag. 796, seqq.
- t) Cap. IX. membr. II. conclus. LXVII. num. V. pag. 607.
- u) GAIL. Lib. II. Obs. CLV. num. IV. et X. pag. 614.  
 MYNSINGER, Cent. III. Obs. LXI. pag. 221. et Cent. IV. obs. II,  
 pag. 263.
- LYDOLPH. Symphor. Consult. et Decis. Tom. II. p. 1963. Tom. III.  
 obs. XXVI. pag. 1011.
- IDEM in Introduc. de iur. primogenit. Part. spec. Aphor. VI.  
 num. VI. VII. pag. 69.
- BERGER. Part. II. Resp. CCXCV. HARTM. PISTOR, Part. II.  
 Quaest. II. num. 441.
- HEROLD. Observat. for. Decis. I. num. V. pag. 31.
- A NEVMANN Iur. priuat. princip. Tom. V. §. DCCCLVI. p. 303.
- ROSENTHAL Cap. IX. concl. XXXIII. num. XXX. pag. 58.

#### S. XXIV.

*Affirmantium sententia vero nititur. Princeps est mandatarius.*

Et si haec omnia mihi obesse videantur, transeo ta-  
 men in sententiam affirmantium. Illustres enim, de quibus  
 sermo est, non minus sunt agnati, quam summi principes,  
 qui gentem repraesentant, e cuius re est, ut fides detur et  
 accipiatur: et licet persona imperantis mutetur, idem ta-

men

men semper remanet imperium, et eadem auctoritas publica. Cum illius, qui pactus est, fidem frangere, turpitudo est, etiam ille, qui quidem non ipse pactum, quod seruandum est, iniuit, attamen vices eius gerit, violata fide, fit sceleris reus. Antecessori imperanti succedens agnatus est idem mandatarius reipublicae, ac ille erat, adeoque antecessoris satisfacere promisso debet x).

x) H. GROT. de I. B. et P, Cap. XIV. §. XII. num. II. p. 418.

COCCETI Grotius illustratus, ad cit. l. p. 281. et 296.

TITIVS Specim. iur. publ. Lib. IV. Cap. V. §. VII. VIII. IX. X. et XI. p. 442. sqq.

SAM. PVFFENDORF de iur. nat. et gent. Lib. VIII. cap. X. §. VIII. p. 1207.

## S. XXV.

*Idem est administrator imperii.*

Curator priuatus, qui administrat bona pupillaria, ratione eorum pacta init, nec solum iure ciuili, sed potius naturali iis obligatur. Quamquam ei neque dominium rerum pupillarum, neque simile quidpiam, adscribi possit, tamen non solum ipse, sed etiun pupillus maiorem consecutus aetatem pactis stare debet y). Pluribus, maioribus, quid, summis iuribus praeditus est imperans, vt ab eo conservetur salus reipublicae et augeatur. Id quod est in causa,

cur

cur ipse peruerteret salutem ciuitatis, ratus, se pacto non  
obstringi et legibus naturae. Quo magis princeps ob auto-  
ritatem publicam summam accipit fidem, eo magis eum  
etiam summam fidem dare oportet. Auctoritas publica et  
summa fides sunt correlata. Sublata vna, tollitur altera.  
Diuina igitur sunt verba PERILLVSTR. PÜTTERI, Georgiae  
Augustae immortalis decoris, praecipientis z), wo ein Regent  
glaubt berechtigt zu seyn, seiner Unterthanen nur nach seinem  
Gutfinden zumuthen und anbefehlen zu dürfen, was er will, ohne  
Rücksicht darauf zu nehmen, ob es zum gemeinen Rechten zu-  
träglich sey oder nicht; da werden Unterthanen nicht als freye  
Mitglieder einer nur auf gemeine Rechte gerichteten bürgerlichen  
Gesellschaft, sondern als leibeigene Slaven eines Herrn behandelt;  
da ist nicht höchste Gewalt eines Regenten, sondern Despotismus,  
der bis zur Tyranny ausartet, sobald die höchste Gewalt ihre  
Macht mit Wissen und Willen über ihre Gränzen und zum Nach-  
theil des gemeinen Wesens misbrauchet. Vermöge der Landeshoheit  
kan kein Reichsland weiter gehen, als Gründe, von der Landes-  
wohlfahrt hergenommen, ihn berechtigen. Und da darf kein  
Reichsland denken, daß er nur Rechte und keine Pflichten hätte;  
oder daß er in Ausübung seiner landesherrlichen Rechte an keine  
Gränzen gebunden wäre.

y) Arg. L. VIII. D. de administratione et periculo tutorum.

STRUVII S. I. C. Tom. I. exerc. XXIV. §. XXVII. PETR.

MULLERI not. ad h. l. pag. 1710, seqq.

E

z) Bey.

- z) Beyträge zum Teutschen Staats - und Fürsten - Rechte. Tom. I,  
abth. IX, pag. 320. 323.

S. XXVI.

*Et est conservator auctoritatis publicae.*

Agnatus illustris et negotia publica agit, et aliis committit. Quorum negotiorum publicorum exercitium eo tendit, ut suum ius cuique tribuatur, ac nemo laedatur: adeoque ut in primis leges feruentur naturales. Falluntur, qui patent, obediendum esse legibus naturalibus ob leges ciuiles seu positivias, sed, re versa, feruntur leges positivae, ut simus obsequiosi legibus naturae. Ut conueniat, quantum fieri potest, naturae et rebus circumstantibus, constituenda est quaevis ciuitas ac respublica. Si probarem, regulam, pacta sunt feruanda, esse iuris naturalis, longior forem, quam necesse esset. Stare nequit res publica, quo coepit, statu, si non in feruandis legibus plus, quam in negligendis operae ponitur. Idem refert b. STRVBEN a).

- a) Rechtliche Bedenken T. I. resp. I. §. I. p. 1. sqq.  
B. MOSER Staatsrecht Part. XXIV. lib. III. cap. CXXVIII. §. XXXVII.  
p. 454. sqq.  
EIVSDEM perlsönliches Staatsrecht derer teutschen Reichsstände,  
lib. II. cap. X. §. XXIII. p. 232. sqq.  
EIVSDEM Nachlese zu dessen Compend. ior. publ. p. 292.  
PFREFFINGER. Vitriar. illustrat. T. III. L. III. Tit. XVII. §. LXXII.  
not. b. p. 1243. sqq.

S. XXVII.

## §. XXVII.

*Princeps agens nomine publico vertit, quod agit,  
in rempublicam.*

Non eo progrereditur animus, ac si, quae princeps ageret, vtilitatem rei semper afferret publicae. Abusus imperii non sit versio in ciuitatem. Sed cum neque negligentia praesumatur, neque turpitudo quaedam, si contrarium non constet, principem vtilitatis reipublicae causa es alienum contraxisse, vel pactum iniuisse, vel negotium aliud expedituisse. statuendum est. Cum igitur ex versione in rem quisque obligetur, nec agnato singulari successori, hanc obligationem contemnere, fas est.

## §. XXVIII.

*Autores, qui idem sentiunt.*

Quae cum res ita se fert, merito ac iure viri peritissimi ac consultissimi in hanc transcederunt sententiam, veluti CARPOV *a*), RHETIUS *b*), TITIUS *c*), DE LVDWIG *d*), COCCEII *e*), DE LYNCKER *f*), GRIEBNER *g*), MEVIUS *h*), ANDR. GYLmann *i*), SCHRADER *k*), KLOCK *l*), LVNIG *m*), J. H. BÖHMER *n*), A WERNHER *o*), DE CRAMER *p*), PERILL. BÖHMER *q*) et PÜTTER *r*).

*a)* De lege regia, Cap. III. Sect. XIV. §. 20. p. 95.

IDEM Part. II. Conf. XXX. def. XXI. p. 674.

- b) Instit. iur. publ. L. III. Tit. VI. §. IV. p. 559.  
 c) Iur. publ. L. IV. Cap. V. §. VII. p. 447.  
 d) Diff. de obligatione successoris in principatus. Hal. 1714. Cap. IV. §. VI. p. 45.  
 e) Exercitatt. curios. T. I. ex. LXII. thes. III. p. 847.  
 f) Cent. III. Decis. CCXXXV. p. 139. Cent. IV. Decis. CCCL. II. p. 215. Cent. XI. Decis. MXLVI. p. 18.  
 g) Principia jurispr. priuat. illustr. L. III. Cap. IV. §. III. p. 406. sq.  
 h) Consil. posthum. Consil. XCIVII. num. LXIII. p. 329.  
 i) Symphor. T. V. relat. XIII. p. 55.  
 k) Tract. feud. T. I. Part. VII. Cap. VII. num. XLIII. p. 181.  
 l) T. III. Consil. CLIV. p. 559.  
 m) Select. script. illustr. Cap. XXIV. p. 242.  
 n) Consult. et Decis. T. I. P. II. Respons. XLI. num. XXIII. p. 188.  
 o) Obs. sel. for. T. III. P. IV. Obs. XXX. p. 519.  
 p) Opus. T. IV. p. 692. et 410.  
 IDEM in observ. iur. univ. T. II. Obs. DXVI. p. 43.  
 IDEM Wetzlar. Nebenstunden P. XX. Obs. VI. §. XI. p. 11. sqq.  
 §. XVI. p. 115.  
 q) L. c. Lib. I. Sect. II. cap. X. §. 321. p. 227.  
 r) Prim. iur. priuat. illustr. Lib. I. Cap. X. §. LXIV. et LXVI. p. 100.  
 IDEM Auserlesene Rechtsfälle T. II. Part. II. resp. CCXIX. num. XXXVIII. p. 642.

## §. XXIX.

*Qua ratione refelli possint dissentientes, indicatur.*

Fundamentum igitur obligationis agnati illustris, ut facta antecessoris praestet, aut est versio in rem, quae e vestigio in oculos incurrit, aut gestio negotii publica autoritate, in qua presumitur in rem versio. Quae si mente perpendas, non omnia principi licere, et eos, qui a nobis dissentiant, vel a vero aberrare, vel alienationes prohibitas, facta illicita, cum licitis negotiis confundere, facile perspicies.

**ULB Halle**  
007 670 753

3



VO/8



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Farbkarte #13



~~4~~ 1785, 8 -  
DISSERTATIO  
DE  
**AGNATO IN FEVDO**  
CITRA CONSENSVM  
OBLIGATO

P. 324.  
QVAM  
P R A E S I D E  
**JOANNE NICOLAO MOECKERT**

PHILOSOPH. ET IVR. DOCTORE  
POTENTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS AVLICIS  
PROFESSORE IVRIS PVBLICO ET FACVLT. IVRID.  
ASSESSORE ORDINARIO

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

D. XV. OCTOBR. CICLO CCLXXXV.

S V B M I T T I T A V C T O R

**FRIDERICVS GUILIELMVS DE KETELHODT**

EQUES SCHWARZBYRGICVS.

G O T T I N G A E,  
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.

